



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VII. Gebhard von Wanzleben, Comthur zu Werben, verkauft die Ordens-Hebungen in Räbel und Wolfswinkel an Johann von Kröcher, der sie dem heiligen Geist-Kloster in Salzwedel überlassen will, am 15. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

VII. Gebhard von Wanzleben, Comthur zu Werben, verkauft die Ordens-Gebungen in Nabel und Wolfswinkel an Johann von Kröcher, der sie dem heiligen Geist-Kloster in Salzwedel überlassen will, am 15. Juni 1321.

Ad futuram rei geste memoriam. Nos frater Gheuehardus, dictus de Wantsleue, ordinis hospitalium Santi Johannis Commendator in Werben, gerentes vices magistri Pauli per totam Slauiam, recognoscimus in his scriptis publice protestantes, quod vnanimi consensu omnium fratrum nostrorum vendidimus domino Johanni, dicto de Cröchern, decimam in omnibus frugibus singulis annis colligendam de XII mansis in campo ville dicte Robele et in campo adjacenti ville Wulueswinkel pro centum marcis et quinquaginta Stendalensis argenti. Quam decimam predictus dominus Johannes de Crochere motus pietate diuina pro remedio peccaminum suorum omnium progenitorum atque fratrum suorum donauit ac pro elemofyna assignauit monasterio Santi Spiritus extra muros ciuitatis Soltwedele et dominis ibidem libere et irreuocabiler cum omni iure, sicut eam hactenus habuimus, in perpetuum possidendam. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes hujus facti sunt dominus Ludolphus, plebanus in Schonenberghe, dominus Henricus, plebanus in Wentmarke, Zabella de Nyenkerken, Conradus Streteke, famuli, Jacobus sartor, cuius in Werben, et alii quam plures fidei testimonio decorati. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXII^o. in die Santi Viti martiris gloriosi.

Gerden's Dipl. I, 307—309.

VIII. Johann, Heinrich und Jordan von Kröcher verkaufen drei Hufen im Felde zu Glüßig für 14 Mark an Jutta und Johanna von Trebenitz, Nonnen in Althaldensleben, am 29. Mai 1322.

Nos Joannis ac Henricus nec non Jordanus, fratres, dicti de Crochere, recognoscimus ac protestamur per presens scriptum omnibus inspecturis, quod Jutta, dicta de Trebenitz, ac soror eius Joanna sanctimonialia a nobis emerunt tres mansos pro decem et quatuor marcis sitos in campis Glufinge ad usus suos pro tempore vite earum ac sanctimonialium ecclesie Sancti Joannis Baptiste in Althaldensleben cum omni iure proprio perpetuo possidendos, qui solvunt singulis annis viginti duos solidos cum sex denariis et decem pullis insuper quartale siliginis et unum quartale auene. Hos mansos resignamus in presentia domini Volradi, dicti de Dreyleue, ad vsus sanctimonialium predictarum. In cuius emptionis ac resignationis testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine ac aliorum dominorum, scilicet domini Volradi, dicti de Dreyleue, ac Henningi, dicti Ireksleue, fecimus roborari. Testes sunt predicti domini nec non Otto, miles, dictus de Wellen, Jordanus, miles, de Wudenswege, Henricus,